

1065

P A T R I S T I C I

1066

exeuntis Scriptoris depromta ex *Augustini Lib. III. de Doctr. Christ.* c. 30. edit. *Maur.* T. III. col. 57. hoc initio: *Tichonius quidam qui contra donatistas inuectissime* (inviect.) *scripsit, cum fuerit donatista &c.* Omissae sunt in *Cod.* quaedam *Textus Augustini περιουσαι*, interim is lectiones quasdam non spernendas offert. Ita *Reg. 1.* *ἀλογον* illud non creditur ab una eademque persona sic emendat, non receditur. *Reg. 2.* *mala* (pars) *permixta* habet pro *male permixta*, item signentur pro significantur. *Reg. 3.* *differendo bene sed non plene* pro *dissolvenda* aut *differenda*, item *ex qua mensura* pro *ex qua sententia* &c. Quae Lector expendat. Ipsae ceterum *Tichonii Regulae* prostant in *Bibl. PP. Lugd.* T. VI. p. 49. deque Autore inter alios agit *Oudinus de Scriptt. Eccl.* T. I. col. 889.

CCLXXXVII. VIII H. 23

752 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 100. 8. probe scriptus, miniatus, picturatus, olimque *Wenc. Rossii* Sacerdotis *Bohemi* sequentia complectitur: I. *Incipiunt Exhortationes Anzbelmi pro bona vita.* Initium: *Quid agis o homo qui quasi iumentum versaris in mundo &c.* In edit. *Paris.* Opp. omn. inscriptae sunt: *Exhortatio ad contemptum temporalium et desiderium aeternorum*, p. 190. 1721. f. Ad calcem addidit Librarius: *Finit tractatulus feria II. in vigilia Symonis et*

Jude in Collegio Regine anno 14LXXXIII^o. Et eadem die Serenissimi principes et domini. Domini videlicet dominus Hinko et Henricus et domini trczkones cum dominis pragensibus et domino episcopo Augustino venerunt pragam quasi hora XXI^a. Nescio, quis sit Princeps Hinko, nisi Viſtorinum Münsterbergensem intelligas. Augustinus Episcopus ille est Lucianus ex Italia a. 1482. in Bohemiam delatus utraq̄ue partium, defunctus Pragae a. 1493. ut notant Lupacii Ephe-merid. ad diem 7. Martii. Demum observa Horologium Italicum, quod in Bohemia nondum penitus exolevit.

II. fol. 8. *Alius tractatulus Beati Ambrosij de moribus.* Init: *Dilecte fili. dilige lacrimas &c.* Epistola ad *Florianum* subposita *Ambrosio*, et in edit. *Maur. Paris.* 1690. merito rejecta ad T. II. col. 488. f. Huic quoque subscripsit Librarius: *Finitus in die Symonis et Jude et eadem die fuerunt illustrissimi principes dominus henricus et dominus hynko. Dominus Episcopus Augustinus. Domini Trzkones Swoyanowsky (Gefsek) et communitas pragensis omnium trium ciuitatum et multi alij domini in Collegio magno et in crastino equitauerunt Coloniam nouam. Id est Colinium Leopoldi Daunii victoria a. 1757. nobilitatum.*

III. fol. 9. *Tractatus Beati Ieronimi quem scripsit Paulino monacho de temperantia.* Fragmentum potius *Epistolae* T. I. edit. *Vallars.*

1067

C O D I C E S

1068

Vallars. n. LVIII. incipiens ab his verbis: *Obsecro te — ut multitudines hominum et salutationes et conuiuia &c.*

IV. fol. 10. p. 2. *Incipit tractatus beati Bernhardi de uita et moribus.* Initium: *Petis a me mi frater karissime. quod nunquam et nusquam &c.* Spuria illa *Formula honestae Vitae* a nobis saepius indicata, et in T. V. edit. *Paris. 1690. p. 794. f. reposita.*

V. fol. 14. *Sequitur Epistola de penis inferni.* Addi poterat *et de Gaudiis Coeli*; utrumque enim tractat Anonymus, qui ait se tempore pestis acerbe grassantis scribere. Incipit vero: *Scribis ad me mi amice colendissime, ad que quamuis rescribere debeam &c.* Adhaeret Schema pertinens ad sequens Opusculum.

VI. fol. 21. *Incipit tractatus Beati Augustini de scientia salutis.* Initium: *Duo sunt que debet habere omnis homo, bonam fidem et bonam vitam &c.* Cento de Symbolo Fidei, VII. Sacramentis, Decalogo, Operibus Misericordiae &c.

VII. fol. 23. *Incipit tractatus beati Augustini de miseria hominis.* Initium: *O Vita que tantos de propriis decepisti &c.* Est inter *Sermones ad Fratres in Eremito n. XLIX.* edit. cit. T. VI. *Adp. col. 362.* itaque spurius.

VIII. fol. 25. p. 2. *Augustinus de contemptu mundi ad clericos.* Initium: *Audite fratres karissimi salutiferam patris uestri doctrinam &c.* In mox cit. *Adpend. col. 293.* Incerti Autoris.

IX. fol. 29. p. 2. *Incipit tractatus beati Bernhardi quomodo homo debeat compati crucifixo domino.* Initium: *Ad compaciendum domino nostro Iesu christo crucifixo primo studeas quantum potes unire te illi &c.* Sensa quidem *Bernardi*, contextum tamen non reperio.

X. fol. 33. *Incipit speculum beati Augustini.* Initium: *Quoniam in medio laqueorum positi sumus &c.* In edit. *suprac. T. VI. Adp. col. 135.* *Manuale* inscribitur, et aliud est a *Speculo*, et a *Speculo Peccatoris*, quae ibi subsequuntur. Eadem nempe facilitate Aetas illa superior fuit in statuendis Titulis, qua in adfignandis Autoribus operum.

XI. fol. 47. p. 2. absque Inscriptione *Tractatus pro Usu Calicis* in Caena Domini, quo respondetur ad XXX. *Argumenta* contra Sentientium. Incipit: *Quia emergente patula christi ueritate diuinissimi et tremendissimi sacramenti eucharistie, eiusque saluberrima communionis sub utraque specie ad cunctos fideles clarius effulgente &c.* Ad calcem minio: *Finis in Vigilia Andree anno M^oCCCC^oLXXXIII^o.* Nullum dubium, quin *Pragae*, ubi eo tempore isthaec fervebat controversia.

XII. fol. 77. *Iste determinationes scripte sunt ex Libro Magistri Mathie Parisiensis quem intulauit de regulis veteris et noui testamenti Pro communionis quotidiana. alias frequenti utriusque speciei. Venerabilis vero Johannes borlewan*

horlewan predicator eximius. et doctus vir in Theologia Et in Jure Canonico prout hic relucet ex dictis suis facit questionem dicens: Queritur an layca persona possit singulis septimanis suscipere corpus cristi dimissis argumentis contra: Respondetur adfirmando, et quidem mere adlatis Determinationibus aliorum Doctorum, quorum Recentiores adscribo: Magister Franciscus Canonicus in ecclesia S. Crucis et rector Parochialis ecclesie in wratislavia. Magister Nicolaus wendlat decanus ecclesie S. Crucis in wratislavia vir illustris et deuotus. Magister Matheus de Cracouia doctor in Theologia Universitatis Pragensis. Magister Adalbertus Ranconis (al. Rauconis de Ericino five Iglavia) magister in artibus et doctor in Theologia Parisiensis. Frater David (de Augusta) de ordine minorum professor sacre scripture. Venerabilis vir Abbas fratrum Conuentus de Aula regia qui fuit mire deuotionis ita ut cum esset abbas resignauit ob deuotionem ante mortem. Citatur hujus Malogranatum, cuius Autorem Balbinus Matthaeum, Editores vero Balbini Bob. Doct. P. II. p. 161. Gallum vocant, eo, quod in Serie Abbatum Matthaeum nullum repererint, cuius caussa fortassis est mox memorata ejus Resignatio. Venerabilis vir et illustris predicator Militius. Hujus Postilla titulo Gratie Dei citatur, quam Balbinus praeteriit. Venerabilis vir amandus. Cognomen id est Henr. Susonis O. P. cuius testi-

monium ex Horologio Sapientiae adfertur. Reliquae Determinationes Patrum sunt, et antiquiorum Scriptorum, in Argumento Seculo, ut notum, elapso magno animorum aestu rursus agitato. De Mathia Paris. dixi ad Cod. CCXVI.

Ambit Codicem Membrana Fragmentum Libri Numeror. continens, hebraice Seculo, ut videtur, XIV. eleganter exaratum cum punctis vocalibus.

CCLXXXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. ⁷³ / *man. VI. B*
XV. Folior. 236. f. per quas columnas exaratus complectitur varia Opuscula, Literas, Sermones et Preces Petri Damiani ex Benedictino S. Crucis Avellanae Monacho Cardinalis Episcopi Ostiensis, Sec. XI. Scriptoris, quae paene omnia in Editione Paris. 1664. f. IV. Tomis constante leguntur. Juvat tamen quaedam minutius persequi. Fol. XII. p. 2. Libellus inscribitur: Inuectio contra Symoniacos de pena Infernali, et incipit: Queror aduersum vos symoniaci. Libellus hic in praedieta Edit. T. III. p. 59. connectitur cum Opusculo in scripto Gratiissimus a Cap. XXXVII. usque ad finem.

Fol. XXVI. p. 2. Liber qui vocatur dominus vobiscum in Edit. T. III. p. 96. XVII. Capitibus longior est, deficientibus in Cod. Capp. II. — XVIII.

Fol. XXXVIII. p. 2. Opusculum in scriptum: De ordine vite heremitice